

Ibi: Ex quibus tertia deducitur.

- 79 Si res casu pereat apud emptorem, cum ipse ultra dimidiam læsus fuerit; ad restitutionem excessus peccandam admitti posse sentiunt cum D. Covar. Panor. mitan. in dicit. ca. cum dilecti, ad finem, de empt. Phantal. Cremenf. in dicit. l. 2. ampliat. 25. præp. finem: Menchaca controvers. usufrequen. lib. 3. cap. 62. numer. 13. Garcia dicit. cap. 18. numer. 43. in fine. Sed nullam actionem emptori læso superesse, adversus D. Covar. tenent Hermof. n. 4. Barbof. nu. 141. Anton. Gom. dicit. n. 22. vers. Si vers. Si vero emptor, apud quem Bart. Bald. Castrenf. Cyn. & Odofred. Pinel. supra, num. 39. Villalobos in arar. commun. opinion. lit. C. n. 28. Matienç. dicit. glos. 8. n. 33. vers. Sed jure, Azeved. ubi proxime, Gut. tierr. dicit. quest. 137. Morla in empor. p. 1. tit. 9. in proem. n. 45. Favet expressim l. 56. tit. 5. p. 5. Idem, quod dicitur de re extincta, deciditur, si valde fuerit deteriorata, quamvis prior opinio æquior ab omnibus judicetur, posterior magis juri videtur consonare; nam cum d. l. 2. læsis ultra dimidiam ex humanitate præster auxilium, concessa lædentibus electione, ubi ob rei interitum optio dari non potest, non erit admittendus, qui ad pretii supplementum præcisè agit, contra formam legis, & mentem, quæ nullo casu voluit, ut deceptor pretium supplere cogatur, sed hoc ipsius electioni reliquit, ut nuper dicebamus. Hæc autem sententia tunc proculdubio procedet, cum culpa, vel factio emptoris læsi, rei extinctio contigerit. De quibus sup. cap. proxim. num. 88. ubi opinionum conciliatio.
- 80 Quotiescunque igitur culpa deceptoris intervenit in rei interitu, læsus, sive sit venditor, vel emptor, agit præcisè ad supplementum, aut restitutionem excessus, Barbof. n. 245. Tiraq. de retract. lignag. ad fin. tit. 1. n. 61. 71. Hermof. n. 7. Pinel. d. part. 2. cap. 3. n. 34.
- 81 Utrum autem aliud remedium læsis superfit, ubi ab hoc ex aliqua causa excluduntur; Videndum est apud Hermof. in doct. l. 56. glos. 11. n. 130. & posse læsum adire judicem Ecclesiasticum per denunciationem Evangelicam, ut alterum contrahentem ad restitutionem compellat, docent Card. Lug. d. sp. ut. 22. n. 96. Molin. disp. 352. n. 4. ubi improbat Navarr. asserentem hoc à Principibus sæcularibus: Ecclesiasticis judicibus prohiberi, tamen nunquam læsos ad hoc auxilium recurre vidimus.

AD CAPUT V.

Utrum Venalia sub legato omnium bonorum contineantur? Ad interpretationem leg. Generali: S. uxori, ff. de usufruct. legato.

SUMMARIUM.

- 1 De materia scribentes referuntur.
- 2 Legato omnium bonorum, vel usufructus eorum merces comprehenduntur.
- 3 Idem est de pecunia.
- 4 Præfata procedunt in donatione, & aliis.
- 5 Legatum certi generis bonorum venalia non continent.
- 6 An in generali obligatione veniant merces? & numer. 7. 8.
- 7 Quid de pecunia.

- 10 Obligatis bonis que in certo loco sunt, venalianon continentur. Contra, n. 12.
- 12 Quoad pecuniam distinguitur.
- 13 Ubi debitor quid venale excepit, venalia cetera manent obligata.
- 14 Mercibus obligatis distractis, non datur actio in tertium possessorem.
- 15 Sub obligatione mercium futura veniunt.
- 16 Item pecunia redacta ex illis.
- 17 Merces emptæ ab hærede mercatoris, non subrogantur loco earum, quæ sunt distractæ, quoad hypothecam.
- 18 Limitatur conclusio tradita n. 14. usque ad num. 20.
- 21 Differentia inter legatum, & obligationem bonorum.
- 22 Utrum merces in prædium illaræ sint obligata locatori, & num. 23.
- 24 Legato omnium rerum, que in tali domo sunt, venalia non cedunt. Limitatur n. 28. & 29.
- 25 De intellectu l. pediculis 34. §. Item cum quareretur, ff. de aur. & arg. leg.
- 26 Si legentur bona indefinitè, an merces debeantur?
- 27 In dubio verborum menti standum est.
- 30 Fructus ex propriis agris percepti, etsi venales habeantur: inter venales merces non numerantur & n. 31.
- 32 Legans res existentes in aliquo loco, excepta aliqua venalia omnia venalia relinquere videtur.
- 33 Ob qualitatem personarum, verba ampliuntur ad venalia.
- 34 Exceptio bona est de contentis sub regula.
- 35 Regula ex exceptionibus solet ampliari. Declaratur numer. 49.
- 36 De intellectu l. nam quod liquidæ, §. fin. ff. de pen. legat. n. 37. 38.
- 39 Per exceptiones regula declaratur.
- 40 Favore hæredis in dubiis contra legatarios respondetur.
- 41 Exceptio firmat regulam in contrarium.
- 42 Exceptio firmat regulam in casibus excepto similibus.
- 43 Similes casus qui dicantur.
- 44 In correctoris datur extensio. Limitatur n. 45.
- 46 Casus omissus relinquuntur in dispositione juris communis.
- 47 Casus omissus non dicitur, qui sub dispositione vel tacite continetur.
- 48 Dicitio taxativa non impedit extensionem, quæ de jure fieri debet.
- 50 Ex exceptione venius, cetera similia sub regula comprehendendi intelliguntur.
- 51 Inducta ad diminutionem possunt indirectè augmentum operari.
- 52 Contrariorum ea est natura, ut uno cognito, in alterius cognitionem perveniatur.
- 53 Regula, & exceptio, etsi inter se contraria, sub diversa ratione juri utraque convenire potest.
- 54 Ut exceptio sit congrua debet aliqua ratione sub regula contineri.
- 55 In ultimis dispositionibus sufficit conjecturata voluntas.
- 56 Non sufficit, ut congrua sit exceptio, quod solum juxta verborum corticem exceptum sub regula contineatur.
- 57 De significatione, ac vi particule, seu, usque ad finem.

DE iis, quæ caput istud complectitur, consultiendi sunt Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 137. Merlin. de pignorib. lib. 2. quest. 45. 46. Afflicis. decis. 196. Cardin. Mantie. de conjectur. ultimar. volunt. lib. 9. tit. 6. Azias Pinel. in rubric. part.

part. 1. n. 38. cum sequentibus. C. de bon. matern. Paulus de Montepico in l. Titia. §. Titia. n. 112. ff. legat. 2. Marefcot. variar. resolut. lib. 1. c. 24. Strach. de mercatura, tract. de contract. mercator. tit. mandati, §. ult. Negulant de pignorib. memb. 2. part. 2. principali. à principio: Cevallos commun. contra commun. tom 1. quest. 444. Pur. decis. 297. Ludovic. Gom. in §. Item Serviana. Inst. de actionib. Molin. de just. tract. 1. d. part. 203.

Ad Num. 1.

2 Quoties omnia bona, sua aut usufructum eorum legat aliquis, etiam mercatura causa parata comprehendere censetur; nam cum dispositio ad universam defuncti substantiam referatur, merces quoque, quæ ad ipsam pertinent, continentur, Menoch. supra, nu. 4. Caroc. decis. 117. num. 1. vers. Sed bene, Stracha nu. 2. Montepico d. nu. 112. Negulant nu. 16. Pinel. nu. 38. in fine, Beronius, quest. 29. Ioan. Dilect. de art. testand. tit. legat. caus. 19. Afflicis supra, Maxime cum terminus universalis eam vim habeat, ut, eo appposito, veniant in dispositione; quæ alioqui non continerentur, ut inquit Bart. communiter receptus in l. generali, §. Uxor, ff. de usufruct. legat. latè Decian. cons. 44. n. 4. lib. 4. Menoch. con. 129. n. 8. & ita tenendum, quamvis præcipuam conclusionem impugnent Bald. Dec. & alii apud Pinel. ubi supra, Gomez in d. §. Item Serviana, n. 19. Bolannos in Curia, part. 2. lib. 1. c. 6. in fine.

3 Idem quod de mercibus, & pecunia dicendum est; Pinel. in l. 1. part. 2. nu. 45. C. de bon. matern. Menoch. dicit. lib. 44. præf. 138. ubi plures casus distinguit: & cons. 407. n. 16. in fine. Pecunia enim, quæ non prædii causa est reposita, sed ut eleriter expendatur, habetur; inter venalia computatur, æque ac merces à pari procedunt, Bald. in l. certi quest. 6. C. locat. Alexand. in addit. ad Bart. d. l. generali, §. Uxor, Montepic. dicit. n. 112. in fine, Pinell. ubi proxime, n. 47. vers. Quam æquiparationem, Menoch. dicit. cons. 407. n. 11.

Huculque dicta procedunt, etiam si testator bonorum mobilium duntaxat meminerit, nam & merces & pecunia erunt legatario præstandæ, ut præfati DD. advertunt, veluti si quis dixerit: Omnia bona mea mobilia Caio relinquo.

4 Quæ omnia non solum in legatis, sed & in donatione, aliisque contractibus erunt observanda, Bald. in rubric. C. de verbor. significat. Alexand. in l. si constante, n. 27. vers. Sed responde. ff. solut. matrim. Inst. in §. Item Serviana, n. 49. Inst. de actionib. Pinel. in d. rubric. part. 1. nu. 45. Negulant supra, nu. 15. In universitate namque bonorum merces venire, regulare est, Surd. decis. 283. n. 18. Quid de legato generali, in quo terminus universalis non est additus pauld inferius, cum D. Covar. ostendemus.

Vers. Secunda conclusio.

5 Legatum certi generis bonorum, veluti frumenti, vel servorum, etiam universaliter relictum, asserendo: Lego omne frumentum, vel omnes servos meos: non extenditur ad ea, quæ paterfamilias mercimonie gratia paraverat; quoniam non intelligitur de illis, quæ ut illicè distraheret, habebat, cogitasse; & cum limitata sit voluntas, strictius interpretatur, quam cum bonorum universitas relinquitur, sub qua venalia comprehendendi, nuper diximus. Ita probat l. pediculis 34. §. Item cum quareretur, ff. de aur. & argent. legat. Pinel. d. part. 1. rubric. n. 42. Menoch. de præf. 137. nu. 2. Pic. supra, Bart. in l. Divus, ff. de bon. damnat. Bald. in

rubric. C. de legat. Alexand. in d. l. si constante, nu. 24. vers. Præterea, Roman. in §. fin. ejusdem leg. n. 8. Pet. Pech. de testament. conjug. lib. 5. c. 13. nu. 1. Idem consequenter dicendum est, si quis habens pecuniam loco prædii reconditam, & aliam quantitatem ut statim distribuat, omnem suam pecuniam reliquerit; quoniam hæc non debebitur: secus si nulla alia testatori sit, quo casu ipsa præstabitur; ut planè colligitur ex traditis per Menoch. dicit. præf. 138. per totam.

Ad Num. 2.

In generali obligatione expressa, vel si certum genus bonorum obligetur, ut vinum, non venire merces, visum est Jacobo de Arena in d. §. Uxor, Roman. in d. leg. si constante, nu. 83. Bald. in d. l. certi juris, quest. 6. n. 12. vers. Quid de mercibus, C. locati, Socin. in l. qui Romæ. §. Callimachus, notat. 4. ff. de verbor. obligat. Alberic. de stat. quest. 718. Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 1. tit. 4. n. 36. & aliis, quos referunt Caroc. d. decis. 117. n. 1. Gait. de credito, c. 4. q. 5. n. 118. Pinel. d. n. 45.

Hæc verò sententia communiter reprobat: & 7 contraria, est omnino certa, & amplectenda; quam tuerentur Merlin. d. quest. 45. n. 7. Gomez supra, n. 28. ubi Mynsinger. nu. 16. Stracha supra, num. 1. Negulant. de memb. 2. n. 14. Caroc. de n. 1. vers. Sed bene, Pinel. in d. rubric. n. 45. 46. Gail. observat. lib. 2. observat. 83. n. 5. Bertaz. de usufruct. instrument. claus. 12. glos. 2. nu. 4. vers. Præterea, Bolannos, d. tom. 2. lib. 2. c. 3. nu. 8. Gait. supra, n. 125. 126. 139. Put. de d. c. 297. nu. 1. Pacific. de Salviano, inspect. 3. c. 2. n. 181. & c. 5. nu. 89. Rota apud eundem d. c. 125. n. 3. & decis. 126. Molin. de just. tract. 2. disp. 528. nu. 6. Marefcot. d. c. 24. nu. 1. ubi testatur, Rotam dixisse, hæc opinionem magis communem, ac veram esse: cui accedunt & alii plures, quos congestit Merlin. ubi proxime nu. 9. vers. Et hæc secundam.

Quod similiter est ampliandum ad tacitam hypothecam, cui etiam venalia subjacent; Pinel. d. nu. 46. Stracha n. 4. Negulant. memb. 4. part. 2. n. 216. 217. Marefcot. lib. 2. c. 118. nu. 31. cum seqq. Merlin. d. quest. 46. nu. 1. Menoch. de adipsæcnd. posses. remed. 3. nu. 128. Pacific. d. c. 5. n. 83. Connan. commentar. jur. civil. lib. 4. cap. 16. n. 8. Zaf. in §. Item Serviana, num. 20. Inst. de actionib. ubi Gomez. nu. 23. Jaf. nu. 48. & ita est tenendum; quamvis, Ceval. d. quest. 444. in fine, contrarium verius, ac receptius dicat, atque ita in praxi servari.

Pecunia quælibet, sive expendibilis, sive recondita loco prædii, tam expressa, quam tacita generali hypotheca continetur. Ita de expressa docent. Merlin. latè dicit. lib. 2. quest. 48. Pacific. d. inspect. 3. c. 4. n. 324. Stracha supra n. 5. Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 1. tit. 4. n. 9. Thesaur. question. forens. lib. 2. q. 16. n. 1. 2. Afflicis decis. 190. nu. 4. Negulant. de memb. 2. nu. 11. Bertaz supra Bald. in l. cum tabernam, §. ult. ubi etiam Bart. ff. de pignorib. quò loci hoc expressim probatur. De tacita idem sustinent Negulant. de memb. 4. part. 2. nu. 166. Merlin. ubi proxime, nu. 14. qui bene probant: quamvis contradicant Alexand. Bart. in d. l. cum tabernam, §. ult. Pacific. d. inspect. cap. 5. nu. 112. cum seqq. Excipitur autem pecunia, cujus causa hypotheca contrahitur, quæ obligationi non est obnoxia; non enim verisimile est, contrahentem, qui recipit pecuniam mutuam ad sua expedienda negotia, velle ipsam obligationi subicere; quod à contrario sensu probat. d. §. ult. Sic Merlin. dicit. quest.



quæst. 48. nu. 10. 11. Mantio. ubi proxime, Bald. in dict. §. fin. vers. Sed nunquid Stracha, dict. n. 5. Negufant. dict. memb. 2. nu. 12. Bolannos ubi proxime, nu. 7. Vide omnino Merl. n. a. nu. 24.

Ibi: Non apposta loci restrictione,

Si quis generaliter obligaverit omnes oves suas, vel bona, quæ in tali domo, vel loco habet, merces ibi existentes obligatæ non remanent. Ita tenet Communis per textum in l. debitor pactus 32. ff. de pignori. Et in l. in præditi 7. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. contr. quibus probatur, non videri in loco esse, quod statim est avocandum. Ex quo planè inferitur, quod cum merces non sint in domo assignatæ ad permanentem ibi sed ut quanto celerius sit possibile, veneant, & à noveantur, non veniunt in obligatione ad locum restricta; quamvis universaliter sit concepta; Bald. in d. l. cum tabernam, nu. 2. in fine, Barr. in d. §. Uxor, Alexand. in d. l. si constante, in princip. num. 27. Negufant. d. memb. 2. nu. 14. Stracha supra, nu. 3. Crot. in d. l. si constante, nu. 66. vers. Fatendum, Pacific. d. c. 5. n. 92. Montepic. dict. n. 112. Gait. dict. c. 4. quæst. 5. n. 145. Bolannos, dict. cap. 3. num. 8. Rota apud Pacific. dict. decis. 126. numero 2. quod apertius D. Covarr. tradit infra, n. 9. vers. Quinta conclusio.

11 Quoad pecuniam in hoc casu distinguendum est; nam reservata in subsidium venit in obligatione, non sic; quæ ut mutuo detur, vel ad sumptus quotidianos parata est, ut ex ratione tradita aperte colligitur, & ex Menoch. de præf. 138. nu. 2. & 8. & tenet Pacific. dict. cap. 5. nu. 112. per textum in l. si chorvs 77. §. 1. ff. de legat. 3. ubi optimè Consultus hanc differentiam pecuniæ tradit: sed si dubitetur de pecuniæ destinatione, præsumendum est, celeri distributioni esse expositam, quoniam ejus natura est, ut expendatur; Menoch. nu. 12. Hieronym. Gabr. cons. 98. n. 27.

12 Sed à communi sententia recedit Merlin. d. quæst. 45. ex nu. 16. probans, merces contineri sub obligatione, etiam ad locum certum restricta, quod sensisse Ripam in l. 1. nu. 9. ff. de pignori. affirmant, & consentiunt. Gait. dict. quæst. 5. nu. 153. Pat. Molin. de just. & jur. disp. 203. saltem cum verbis universalibus usus est creditor: & quidem verior videtur hæc sententia Merlini, cum adjecto loci non eo tendat, ut merces excludantur, sed alia bona, quæ extra locum nominatum sunt, vel ut demonstratur quod debitor obligat: quare contra mentem contrahentium, qui ut plurimum has juris subtilitates ignorant, non est obligatio generalis coarctanda; argumento l. non omnis 19. ff. si cert. petat. Præterea quamvis merces in loco perm. veant identitativè, per subrogationem tamen aliarum persistunt, sicut dicimus eandem Civitatem, vel Collegium idem extare pluribus sæculis, etsi omnes cives, aut collegæ primi sint extincti; nam & merces universalitas quædam est, subrogationis capax: Merlin. dict. quæst. 45. num. 27. Negufant. dict. memb. 2. ex num. 17. atque ita licet singula corpora alienentur, eadem merces manere dicuntur in loco. Tandem his accedit, quod inspecta natura hypothecæ, quæ in mercibus regulariter contrahitur, nihil interest, ut illæ in loco sint permanentes, necne, quominus sub generali obligatione ad certum locum restricta comprehendantur; nam ut statim probabimus, hypotheca in his venalibus tamdiu consistit, quamdiu non alienantur: unde cum quis obligat res, quas domi habet, merces quoque complectitur, dum ibi permanerint, nec per alienationem amo-

veantur, neque ex eo, quod persistentiam non habent, dicendum est, obligationem in ipsis non subsistere, sufficit enim quod in loco designato permanent, dum ipsa hypotheca non extinguatur.

Hæc autem opinio maxime locum habebit, si debitor in obligatione aliquam rem venalem exceperit, ut si dixerit: Obligo res, quas domi habeo præter purpuram venalem. Nam tunc cætera omnia venalia continebuntur ex doctrina, quam refert D. Covarruvias infra, num. 4. & ita tenent Merlin. dict. quæst. 45. numero vigesimo secundo. Gait. supra, numer. 185. Molin. dict. disp. 203. num. 1.

Ibi: Textus optimus in l. cum tabernam.

De interpretatione d. l. cum tabernam, videndus est Pinel. d. rubric. part. 1. n. 46.

Ibi: Modò res venales sint penes debitorem.

Speciale est in mercibus, ut hypotheca per earum alienationem extinguatur, nec detur actio contra tertium possessorem creditori, quoniam ipsarum natura aliud non patitur, atque ita videntur contrahentes tacite convenire, ut distrahi irrevocabiliter possint, ne alioqui commercium impediatur, Stracha nu. 7. Put. dict. decis. 297. num. 2. Marefcot. dict. cap. 24. num. 7. Ripa in l. 1. nu. 8. ff. de pignori. Merlin. dict. quæst. 45. num. 35. Bald. in l. ubi adhuc, col. 1. vers. In contrarium videtur, Cod. de jur. dot. Bart. in dict. l. si constante, quæst. 3. vers. Quamvis principalis, Negufant. dict. memb. 2. numero vigesimo tertio, Rota apud Anton. Augustin. decisio 655. libro tertio, & omnes communiter. Quid de pecunia obligata si alienetur, docet Merlin. dict. quæstion. 48. num. decimo sexto.

Circa quæ se offerunt nonnulla omnino notanda. Primum, hypothecam non solum consistere in rebus venalibus tempore obligationis penes debitorem existentibus, sed etiam in futuris per eundem acquisitis, quamvis harum mentio facta non sit, quoniam in locum priorum alienatarum subrogantur, Put. ubi proxime numero 3. Marefcot. num. 5. Stracha num. 6. Negufant. num. 17. 21. Merlin. dict. quæst. 45. num. 26. 27. Bald. in dict. l. ubi adhuc, num. 280. Gait. dict. quæst. 5. numero 168. Cavalerio decisio. 277. num. 1. Rota apud Pacific. de Salvian. decis. 125. 126. quicquid sentiat Socin. Senior. in l. qui Romæ, §. Callimachus, num. 2. vers. Quintimo ff. de verb. obligat.

Secundum, pretium redactum ex mercibus obligatis, dum in bonis fuerit debitoris, in eandem incidere obligationem, Merlin. numero 34. Negufant. num. 19. in fine, Ripa in d. l. 1. nu. 8. in fine, Put. num. 1. Pacific. d. inspect. 3. cap. 2. num. 189. Gait. d. quæstion. 5. num. 189. Quia in universalibus, ut sunt merces, pretium succedit loco rei, l. Imperator 72. §. fin. ff. de leg. 2. Merlin. dict. numero 34. Cyriac. tom. 2. controversiar. 344. num. 8. Negufant. memb. 4. part. 2. nu. 59. vers. Ego autem in dote.

Tertium, præfatam mercium subrogationem 17 quoad hypothecam, locum duntaxat habere in emptis ab ipso debitore, qui contraxit, non ab ipsius hærede, qui quamvis merces comparet, hypothecæ minime subijciuntur; Stracha numer. 6. Negufant. dict. memb. 2. num. 22. Merlin. num. 64. Cavaler. decis. 259. nu. 2. Gait. dict. quæst. 5. num. 173. & 174. Quod limitatur, cum hæres explendo negotium à defuncto captum, merces compa-

comparat; nam & hæc venient in obligatione à testatore contracta, sicut cætera, quas ipse reliquit; Merlin. num. 66. 67. Negufant. dict. numero vigesimo secundo. Ripa in dict. l. 1. numero 9. vers. Secundo intellige, Bart. in d. l. cum tabernam, in fine Pacific. d. c. 2. n. 187.

18 Quartum, creditorem non prohiberi, hypothecaria experiri adversum tertium possessorem mercium, qui eas non minutatim, sed ut corpus emit, veluti si tota taberna, vel horreum fuerit distractum, aut pars ejus quotatitiva; nam cum universalitas rerum sit, cum suo onere transit in emptorem, sicut cætera quæ nexu obligationis tenentur; latè Merlin. d. q. 45. à nu. 50. Marefcot. d. c. p. 24. nu. 2. Ripa d. num. 6. Bald. in d. l. ubi adhuc, num. 19. Bald. Novell. in d. l. si constante, nu. 72. Rota apud Pacific. d. decis. 126. nu. 6. Celsant enim hic rationes, propter quas mercium obligatarum alienatio est permessa, ut rectè pendit Merlin. n. 52. & 53.

19 Quintum, si in generali obligatione merces aliquæ fuerint descriptæ, quoad eas, actionem creditori contra tertium possessorem non denegari; nam censentur specialiter obligatæ, & earum alienatio quocunque modo vetita; Merlin. n. 65. Pacific. c. 5. n. 101.

20 Sextum, merces obligatas, etiam minutatim venditas post inceptum cum debitore iudicium, posse per hypothecariam revocari, Salicet. in c. l. ubi adhuc, nu. 18. vers. Sed dubitare videtur, Bart. in dict. l. si constante numero 83. Ripa ubi supra, numero octavo. Put. dict. decisio. 279. Merlin. numero 50. & 51. ubi bene distinguit, ac declarat.

21 Ex dictis hucusque duplex oritur differentia inter legatum bonorum, & eorum obligationem quoad venalia. Prima est, quod si quis leger omne vinum, venale legatario non debeatur; quod secus est in obligatione, ut diximus supra, numero 5. & 6. secunda, quod in legato ad certum locum restricto, etiam si verbis universalibus usus sit testator, non veniant venalia ibi reperta, ut docet D. Covarruvias infra, numero tertio, ubi dicemus, quod aliter in obligatione cum Merlino probavimus, supra, numero 12. Hujus duplicis differentie ratio est, quoniam in legato de majori agit præjudicio, quam in hypotheca, quare plenius voluntas debitoris, quam defuncti interpretatur, Merlin. dict. quæstion. 45. numero octavo Dom. Covarruvias paulo inferius. Præterea legatarius nullum sentit incommodum ex legati restrictione, qui de lucro agit; secus creditor, qui de damno vitando contendit, nam forsan intuitu mercium mutuavit, quas sibi obligatas creditit.

Ibi: Qualis est illa rerum invecrarum in domum.

22 Controversum est, num res venales in prædium invecrarum, pro mercede locationis, ac damni ædificio fillatis sint, sicut cætera bona invecra, tacite obligatæ; videre est apud Mascard. de probat. conclus. 210. nu. 6. & 7. & Merlin. d. q. 46. num. 5. & 10. qui Authores inter se dissidentes referunt, in quo plures casus solent distingui, ut per Menochium, d. remed. 3. de adipisc. à num. 126. Marefcot. lib. 2. cap. 118. num. 28. cum seq. Merlin. ubi proxime, ex num. 11. Pacific. dict. inspect. 3. capit. 5. num. 85. cum aliis, secundum quos aliquando merces invecrae proculdubio obligantur: ut si domus ad exercendam in ipsa mer-

caturam conducatur: aut si nihil præter venalia in prædium inducatur, vel si describantur merces tempore inductionis, quia censentur expressim obligatæ; ultra quos casus, venalia tacite hypothecæ non subijci, illi docent. Fructus quoque ex propriis agris percepti quamvis venales pro patre habeantur, cum inter merces non computentur, pro mercede domus, in quam invehantur, tacite obligantur, Marefcot. d. cap. 118. n. 32. Menoch. ubi proxime, nu. 132. Merlin. n. 17. Pacific. nu. 110. vers. Quintus casus.

Sed ut consequenter ad ea, quæ diximus supra, nu. 12. in hac quæstione procedamus, ex traditis ibi rationibus, quæ etiam hoc casu militant, magis placet sententia eorum, qui absolute docent, merces invecras pro mercede locatæ domus obligari; quam sequuntur Pacific. dict. inspect. 3. c. 5. num. 89. vers. Contrariam verò, Mascard. d. conclus. 210. nu. 6. Gomez in c. l. §. Item Serviana, num. 22. & alii, quos hi laudant, estque communis opinio, quamvis contraria non paucis placeat, ut videre est apud Merlin. n. 5. & Mascard. num. 7. Non obstat, l. debitor pactus 32. ff. de pignori. quoniam merces eo animo inducuntur in domum, ut vel ipsæ, vel alia, quæ earum loco subrogentur, ibi perpetuo maneat, atque idèd jure in illis consistit obligatio, dum ibidem permanent.

Ad Num. 3.

Qui legat omnes res, quas domi, vel in alio loco habet, non censetur sub legato venalia ibi existentia comprehendere, quoniam non videntur illa in eo loco esse, quæ, ut statim per alienationem amoveantur, sunt exposita; dict. l. debitor, l. ex facto 35. §. ult. ff. de hered. instit. l. prædium 27. ff. de fund. instit. Glof. in l. quæstion 76. §. Prædium, verbo, non legata, ff. de legat. 3. Pinel. cum aliis, dict. part. 1. rubric. n. 39. & 40. Menoch. dict. præf. 137. nu. 7. & cons. 407. n. 17. Negufant. dict. memb. 2. nu. 14. Beroi dict. q. 29. Hieronym. Gab. cons. 98. n. 13. Merlin. quæst. 45. nu. 8. Idem in pecunia, quæ ut celeriter expendatur, haberetur, tenendum est cum Glossa verb. d. pecunia, in l. si mihi Meria 96. §. ult. ff. de legat. 3.

Vers. Sed si Crotus.

Adde Pinellum, ubi proxime, agentem de intellectu d. §. Uxor, qui D. Covar. sequitur.

Ibi: Si eodem jure, in d. §. Item cum quaereretur.

Genuinus intellectus ad l. pediculis 34. §. Item 25 cum quaereretur, ff. de aur. & argent. legat. deducitur ex conclusione secunda supra tradita per D. Covar. nam ubi certum genus bonorum relinquitur etiam per verba universalis, venalia ad ipsum pertinentia legato non cedunt; cum igitur in eo textu, ita legatum fuerit: Filia mea dulcissima è medio sumito, tibi que habeto ornamentum meum omne muliebre cum auro, & si qua alia muliebria apparuerint. Idèd Consultus respondit, non deberi argentum quod mercimonii causa paratum erat. Ex quo inferitur, quod licet verbum, meum, fuisset ommissum, nihilominus argentum venale minime deberetur secundum prædictam doctrinam.

Ibi: Ego contrarium in jure verius esse censeo.

Si legentur indefinitè bona, vel res, aut bona mobilia testatoris, etiam merces legatas videri cum D. Covar. sentiunt Menoch. dict. præf. 137. nu. 6. Pinel.